



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Vita S. Libori[i], Cenomanensis Qvondam Episcopi: Nunc  
Paderbornensivm Tvtelaris Divi**

**[S.l.], [ca. 1650]**

Capvt XXIII. Totius operis Epilogus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45568**

DEO gratias agentium, & iubilantium illi, in voce exultationis per totam viciniam sonitus intonerent, cum tali honore sacratissimum Corpus in Ecclesiam delatum, & in loco in quo hactenus quiescit collocatum est. Vbi quantis postmodum miraculis effulserit, quanta sanitatum dona præstiterit, alibi dicenda reseruamus, hinc præsentis libello terminum imponentes.

*Paderbor-  
nensis eccle-  
siae Corpus  
S. Libori  
infertur.*

*Præstare po-  
steros opora-  
tuit, quod  
morie præ-  
uentus auo-  
Et non po-  
tuit.*

## CAPVT XXIII

*Totius operis Epilogus.*

**H**Æc denique secundum tuum, Præsul venerande, præceptum, nostrumque propositum de his, quæ in Translatione eius gesta sunt, non quidem ut volumus, & tantæ rei conueniebat; sed ut potuimus, & scientia suppetebat, describere curauimus: non magnipendentes in sermonum



monum qualitate reprehendi, dum tantum integræ veritatis fide feruatâ, diuinæ operationis insignia silentio regi nequaquam permetteremus. Nostri enim propositi necessitas admonet, vt in huiusmodi operibus nobis iniunctis id omnimodis elaboremus, vt si nos imperitia facit ineloquentes, deuotio tamen ostendat obedientes. Nec infructuoso nos sudore laborasse confidimus, si alicuius lectoris, hæc in manus sumere dignantis, vel cuiuscunque audientis animus in laudem largitoris tantarum virtutum fuerit excitatus. Meritò namq; laudes illi & grates toto corde referimus, qui nos inter tot ærumnas sæculi laborantes, tantorum Patronorū suffragijs tueri dignatur. Qui per visibiles corporum curationes, ad internā nos animarum salutem quærendā prouocantes, spē tribuunt per eorum exempla, & intercessiones perueniēdi illuc ex hac valle



valle lachrymarum, vbi *absterget Deus Apoc. 7.17.*  
*omnem lachrymā ab oculis Sanctorum.* Quò  
 qui iam S. suum LIBORIVM foelici-  
 ter perduxit, nos quoque licet indi-  
 gnos, eius interuentu venire con-  
 cedat: qui in Trinitate perfecta vnus  
 & verus viuit & gloriatur DEVS  
 per infinita sæcula

Amen.

*Finis Vita & Translationis Sancti  
 Libori.*



SEQVITVR EPISTOLA DECANI ET  
 Capituli Ecclesiæ Cenomanensis ad Præ-  
 positum, Decanum & Capit. maioris Ec-  
 clesiæ Paderbornensis, de Sanctis Liborio &  
 Iuliano Episcopis præfatæ Cenomanensis  
 Ecclesiæ.

RE-